

lire. Quia nec alimenta potest tunc denegare (vt diximus num. 5.) maritus hac de causa.

13 Secundo retenta hac sententia, similiter dicendum est posse vxorem expelli, si dotis pars soluta non sit. Quia licet tunc teneatur ad alimentorum partem (vt probauimus. nu. 5.) at quoad expulsionem non militat eadem ratio. Quia obligatio ad eam est diuidua, cohabitandi vetu' indiuidua. Præterea, quia conductor potest expelli parte pætionis nõ soluta. Ita docent Ioan. Lupus. d. c. per vestras, notab. 3. in principio. n. 2. vers. & hoc non solū. Gomez Arias. l. 7. Taur. n. 129. Lara. d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 54. Surdus de alimentis. tit. 7. q. 17. n. 23. & sequentibus.

14 Quamuis autem, vir ob dotem non solutam, vxorem expulerit, potest agere vt dos promissa, sibi soluarur. Quia dotē soluta paratus est ad vxoris in suū confortiū restitutionem. Sic Host. d. c. per vestras. n. 4. super vers. reciperet, & ibi Ioan. Andr. num. 1. o. Anton. nu. 7. Abb. num. 4. Alex. de Neuo num. 3. Præpos. num. 2. Ioan. Lupus ibi, in principio. num. 2. vers. ampliari possunt. Nec audien. dos est Ant. har. ibi. n. 4. oppositum docens.

15 Si autē dos promissa minime sit, vxorē ob id non posse expelli, sicut nec eī negari possunt alimenta (iuxta dicta, num. 8.) rectē docent Raimus consl. 144. num. 16. vol. 5. Bannetus alios referens in suo cōpendio, liera. M. verb. maritus, vers. maritus alero cogitur. Quod si vxor sit diues, nolitq. dotem cōstituerē: doctores, quos retuli. n. 9. asserentes non posse vici ei negare alimēta, subinde dicent nec posse eā expellere. At Bald. Iason. Ioan. Lupus, Gomez Arias ibi citati, dicunt posse expelli, sicut & negare alimenta. Quod & retenta hac sententia verius est.

16 Secūda sententia distinguit, si vxor nõ sit traducta, dicit posse nõ traduci dotē nõ soluta: si verò traducta sit, negat posse expelli propria autoritate. Priorē partē probat argumētis primæ sententiæ: posteriore verò, per e. porro, de diuor. decidēs vxorē ad alterā propria autoritate dimitti non posse. Hæc tuer Bar. l. 1. p. 3. n. 55. ff. solut. matr. & refert pro se Syl. verb. dos. q. 10. n. 11. vbi (ni fallor) potius tenet primā sententiam. Quia ea relata, dicit, intellige quoad traductionē, & alimēta præstanda: & paulo inferius, secus quoad debitū coniugale reddendū: vnde credo tantū voluisse,

non ob id licitū esse debiti coniugalis denegationē, & q. tunc excusetur vir à traductione, subiciens de expulsionē, docet Enriquez lio. 1. de matrim. c. 16. n. 3. fin. & c. 18. n. 2.

17 Tertia sententia (cui adhæreo, tanquā probabiliori) ait vxorem minime expelli posse ob dotem non solutam: & quamuis doctores, qui illam tuentur, non meminerint traductionis, at rationes, quibus inueniuntur, æquæ probant teneri tunc virum ad illius traductionem, ac ad iam traductæ retentionem, probant enim adhuc illū teneri ei cohabitare: quod absq. traductione in viri domum, & in earetione fieri nõquit. Probatur ergo hæc sententia. Primò, quia promissam dotē minime solui, nihil ad ius cohabitandi attinet, quod nõ ex dotis solutione oritur, sed ab ipsa lege naturali, & ex ipso matrimonij cōtractu, sicut & obligatio reddendi debitū coniugale (vt probauit disp. præcedenti. n. 2. & 3.) ergo sicut nõ solutio dotis minime eximit virū ab obligatione reddendi debitū, ita nõ eximit ab obligatione cohabitandis. Secūdo, quia Christus sepator noster prohibuit Matth. 5. vxorē dimitti, excēpta fornicationis causa: nec hæc inter causas diuorij numeratur. c. porro, de diuor. Tertio, quia finis cohabitandis præcipu' nõ est, vt vxor à viro alatur, ad quod dos cōstituitur, sed vt mutua sibi obsequia præstet ad prolis generationē, & cōmodam eius educationē: qui cū dotē nõ soluta, minime cesset, subinde nõ cessabit obligatio cohabitandis. Quarto, quia in ceteris cōtractibus nominatis agere tantū possunt cōtrahentes, vt altera pars impleat, nõ tamē ob id resiliat: vt si vediti domū pecunia eredita, alterū non soluentem termino præfixo cōuenire possunt, nõ tamē à veditione recedere: similiter ergo vir, cui promissa dos negatur, poterit aduersus promissorē agere, vt seruet fidē, nõ tamē ei licebit partū cohabitandis ex natura matrimonij ortū infringere. Tandē, quia nõ de sunt marito alia dotis cōsequendæ remedia. Ideo hæc sententiā defendit Carol. addit ad Alex. c. 61. n. 10. super verb. expellere, lib. 4. V. cil. in addit. ad Affl. d. decis. 284. n. 4. Couat. d. de re. 2. p. c. 17. in principio. n. 2. Bæz. de nõ melio. fili. causa dotis c. 3. n. 21. Ota. decis. Pede. 132. n. 18. Anto. Cucus. lib. 5. instit. maior. tit. 1. nu. 127. Matton. lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. a. n. 91. Surdus de alim. tit. 7. q. 17. n. 21. (licet enim

neutram partem definiat, at dicit hanc magis iuri canonico, & salutari animæ, cui cōsultandum est, cōuenire: atq. ideo hæc sententiā approbare videtur) eandē tenet Ludouicus Lopez. 2. p. inst. de mati. c. 44. ad fin. Molin. tom. 2. de iust. disp. 425. §. si marito dos: qui oppositam sententiam vult conciliare, & dicit tantū velle authores illos, vt possit vxor expelli quoad alimenta ei ministranda, non autem quoad cohabitationem, sed vtrunq. affirmant, & dicunt dotē non soluta non teneri virum ad alimenta, posseq. expellere deo vxorē. Quare hæc concordia non placet. Ex dictis inferitur, nec iudicis autoritate posse vxorem ob hanc causam expelli: vt bene docet Couar. eo. n. 2. Quia non est sufficiens expulsiōis causa.

18 Ad argumenta primæ sententiæ proposita. num. 11. respondetur. Ad primū dicit Pontificem eo. c. per vestras, non definire id licitum esse, sed supposita expulsionē, siue iniusta, respondeat ad principale quæsitum de dotis captionē, præstada licet, nec ne. Et iuriscoñsultus ea. l. fin. non definit id licere, sed quasi per trāsnā dicit id forsan contingere posse. Ad secundū dicit concludere non teneri virum pro vxore illa conducere ampliorē domum, & suo flatu cōuenientem, sicut nec ad alimenta astringitur: at tenetur in eadem domo, quam ipse inhabitat, qualiscunq. illa sit, secum eam sociam habere. Ad tertium dicit non esse ea onera, ad quæ subiectum dos constituitur, sed tale esse onus a-

19 lendi, ad ea autē onera obligatur ex vi contractus coniugalis, quo vxorem indiuiduā vitam sociam sibi coniunxit. Ad quartum dicit iam iura subuenire viro decepto in eo, in quo dolum passus est, quare cum ab alendi onere eximunt: minime tamen subuenire circa cohabitationē. Quia non potest dari à dotis solutione, in qua dolum versatur.

Tandem dubitabis, An cum cōiuges ad debiti exactionem impediti sunt, vt ratio ne voti, aut affinitatis, vel cognationis cōtracta, liceat viro vxorem à cura sua, & domo expellere? dic breuiter, non licere. Quia Christus Matth. 5. sola fornicationis causa vxorem dimitti permisit: quod non potest intelligi quoad debitum coniugale: cum multi alij sine casibus sed quoad cohabitationem. Ita Glof. c. nolle, verb. non fraudetur. 30. q. 1. Abbas. c. si vir, sine, de cognat. spirit. & ibi Alex. de Neuo. n. 8. & melius. c. 2. n. 2. de coniug. leprof. Supplementum Gabrielis. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. conclus. 4. Brunellus de Sponsalibus, conclus. 20. nu. 13. Quando autem iam impediti essent, vt non tantum petere, sed neutri etiam liceret petenti reddere, ex ultimo teneri eos thorum separare, gratia vitandi periculi, at ab habitatione non posse adhuc vxorem expelli: propter rationem dictam. Quare bene Turri. c. quod deo. 33. q. 3. n. 2. dicit ob votum continentie mutuo consensu emissum eximi coniuges à redditione debiti, non tamen ab alijs obligationibus, & sic teneri cohabitare.

DISPUTATIO SEXTA.

An quoties peccat coniux debitum exigens, peccat similiter illud reddens, vel saltem iure possit debitum negare.

SUMMARIVM.

Referitur opinio asserens peccante exigente peccare reddentem. n. 1. Alia opinio tradens regulam ad dignoscendū, quando illo peccante, hic non peccet: reprobat. n. 2. Referitur alia sententia dicens prudentis arbitrio id librandum esse. n. 3. Quoties mortalis est petitio peccat reddens: & si vir petat affectu fornicario, aut credēs esse impedimētum irritans matrimonium, vxor de eius valore certa tenetur reddere. n. 4.

An teneatur tunc præcepto correctionis fraterna coniux exactus auertere exigentem? nu. 5. Quando petitio est venialis, non peccat reddens. n. 6. Vbi petitio est mortalis ob circumstantiam solius petentis, vt quia mala fide petit, aut est voto castitatis adiutus, non peccat reddens, sed ad id tenetur, n. 7. & ibi remissus, quando vterque veniat, aut alter de alterius licentia. Si ob vitium personale amittat coniux ius exigendi, vt ob adulterium, affinitatem, au-

cognationem contractam post matrimonium, non peccat negans. nu. 8.

An censetur remissio, ut iam deinceps teneatur huic reddere, si femel coniux innocens perit ab incestuoso illo debitum? nam. 9. & explicatur ibi. e. cum Vintoniensis, de elec. Quid si incestuosus ille altero inuito, aut ignorante impetrauit dispensationem, an ex tunc sit illi debitum reddendum? nu. 10.

An coniugi culpa mortalis reo petenti, ratione voti, cognationis, aut affinitatis, quando alter reddere non tenetur, ut ratione adulterij, vel prioris bimestri, peccat reddens? Refertur opinio affirmans, nu. 11.

Non peccat reddens in predictis euentibus: & est o effect peccatum reddere, posse exactus non reddere, sed rei petitione. nu. 12.

An teneatur tunc reddere, si in altero sit incantentia periculum? nu. 13.

An peccet talis incestuosus reddendo, aut si voto sit strictus, quoties non tenetur reddere? ut prioris, bimestri, vel ratione adulterij alterius? nu. 14. & ibi quid, si de facto fiat remissio? & remissioe quando uterq; est in eadem culpa.

Quid si cum teneatur coniux non reddere, timentur odia, & scandala? nu. 15.

Quando coniux peccat ob aliquam circumstantiam ipsi aduini inobstantem, an peccet similiter reddens? nu. 16.

Soluntur argumenta, nu. 17.

**C**um in genere disputatum sit de obligatione reddendi debitum, & cohabitandi: ante quam ad circumstantias ex quibus actus coniugalis vitari potest, deueniamus: operæ precium duxi præmittere duplicem disputationem generalem, alteram præsentem. An stet peccare exigentem, & non reddentem? Alteram sequentem, quando coniux, cui debitum exigere interdicitur, possit petere? Quia passim in disputationibus sequentibus dicendum est, esse peccatum exigere, non autem reddere: & quando coniux prohibetur debitum petere: & esset necessarium in qualibet re petere, qualiter stet peccare exigentem, & non reddentem: & quando liceat coniugi ita impedito, petere. Circa præsentem ergo disputationem, quidam existimant quoties coniux lethaliter delinquit exigentem, similis culpæ reum esse coniugem reddentem, ac proinde teneri non reddere. Ducuntur primò, quia nemo habet ius exigendi, sed iniuste perit, quando in ipsa

exactione peccat: si enim ius haberet, iustitiam; peteret, vacaret prolix culpa exactione illa: ergo similiter reddens peccat. Cui cooperetur peccato illius. Et confirmatur, quia desiderio peccantis annuendum minimè est, sed fortiter resistendum. c. negligere. 2. q. 7. & c. anima. 22. quest. 5. Secundò, quia agentes, & consentientes, pariter puniuntur: ad Roman. 1. Et confirmatur, quia quando duo sunt inseparabilia, non potest alteri consensus præstari, reliquo excluso: cum ergo in copula coniugali actus vtriusq; coniugis sint inseparabiles, consentiens redditioni, subinde consentit petitioni, & subinde peccato exigentis. Tertio, quia coniugi petenti in loco sacro, nefas est reddere: cum tamen petat suum, & solus sacrilegij reus sit: similiterq; dicendum est, si petat in loco publico: quia honestati naturali aduersatur: ergo idem sentiendum est, si aduersus alias virtutes delinquat: cum nulla maior sit ratio: eò vel maximè, quòd dum coniux voto castitatis ligatus petit, sacrilegij crimen admittit, sicut quando petit in loco sacro. Quarto, quia præstat bonum spirituale coniugis, corporali proprio, aut alieno, ut proliis, reddendum minimè est: ergo à fortiori, quando petens incurrit damnum spirituale, quale est malum culpæ, petendo. Et confirmatur, quia petenti gladium suum, quòd se interimat, negandus est, quamuis propria voluntate damnum illud subeat, vitareque possit: ergo similiter, quando petit debitum coniugale cum damno spirituali, reddendum non est, licet propria sponte se illi damno subijciat. Ideò hanc sententiam sustinet Guilielmus de Rubion. 4. d. 32. q. 2. art. 2. concl. 2. & d. 35. q. 2. concl. 3. quibus in locis vniuersaliter docet non licere debitum reddere, quoties alter lethaliter peccat petendo: vnde insert. ea. d. 32. q. 2. art. 2. concl. 4. coniugem non posse licite reddere petenti ob malum finem, ac proinde lethalis culpæ reo. Idem docet Vgolinus de sacramentis, tract. de matrimonio. c. 10. n. 2. vbi generaliter docet negandum esse debitum, quoties petere est mortale crimen. Idem videtur tenere Anto. Cucus lib. 5. instit. maior. tit. 12. nu. 19. asserens enim voto stricto reddendum non esse, reddit hanc rationem. Quia cum voto ligatus prohibetur petere, satis resultat neq; alterum teneri id præstare quòd licite peti non potuit. Quare in hac

ratio.

ratione videtur tradere regulam generalem, ut redditiō non sit licita, aut saltem non obliget, quoties petitiō est illicita.

**2** Alij non admittentes hanc doctrinam in generaliorem, tradunt regulam hanc, qua dignoscatur, sit culpa, nec ne, reddere, vbi petens delinquit. Quando petere non est secundum se malum, sed ex sola prohibitione Ecclesiæ, reddens minimè peccat, imò reddere tenetur: focus, si sit ex se malum petere. Quia in priori casu lex Ecclesiastica relaxata est pro reddente, non tamen pro petente: quòd optimè legislator potuit efficere. Sic Abulenſis cap. 5. Matth. quest. 224. Sed hæc regula delinquit: Primò, quia ad libitum dicitur legem esse relaxatam pro solo reddente. Secundò, quia voto strictum petere, est secundum se malum, cum sit aduersus ius naturale, & diuinum præcipiens voti obseruationem, & tamen ipsi petenti tenetur alter coniux reddere (ut probabimus, num. 7.) Insuper, debitum in loco sacro exigere, aduersatur soli Ecclesiæ legi, & ratione illius statuentis polluit locum sacrum, est sacrilegium (ut bene docet Vazquez 1. 2. q. 72. ar. 6. disput. 98. nu. 5. & 6.) & tamen petenti in loco sacro, nefas est reddere. Quare corruit hæc regula.

**3** Maioris. 4. d. 31. q. vnica, argumento. 1. contra secundam conclusionem, fatetur posse illicitam esse petitionem, licitam verò redditionem, postq; coniugē ita illicite petere, ut alter reddere non tenetur. Quando verò hoc contingat, non desinit, sed prudentis arbitrio librandum relinquit.

**4** Sed rem hanc quatuor regulis explicabo. Prima regula sit. Non quoties peccat coniux petens, delictum est alteri reddere, eximiturq; à reddendi obligatione. Hęc conclusio est eòtra doctores relatores. n. 1. verū est certissima, constatq; ex disputationibus sequentibus, in quibus passim videmus D. Thomam, & innumeros alios aucthores, fateri petitionem esse culpam, redditionem vero illa vacare. Et in proprijs terminis illam docent Abul. & Maioris. n. 2. & 3. relati. Adria. quodlib. 2. ar. 1. in solutione. ad. 1. Sotus. 4. d. 31. q. vnica. art. 3. verū inter soluentium, Petrus de Soto lect. 16. de matris. fin. Couar. 4. de elec. 2. p. c. 3. §. 1. n. 6. vbi duo optima exēpla proponit. Præ est, si vir affectu fornicatioe velit vxorē cognoscere, & ita exigat, lethaliter peccabit: vxor reddere tenebitur. Posterius est, si vir existimās matrimonium esse irritū ob impe-

dimentū dirimēs, petat, reus est culpæ mortalitatis: xor certò sciēs illud minime subesse, nō potest debitū nr̄gere. Probatur conclusio. Quia reddēs debiti non cooperatur peccato exigētis, formaliter loquēdo: quia tantū cooperatur adu ex sua natura licito cōiugatis, & quem ipse debet alteri reddere, quāuis aliud sit peccatū in altero cōiuge exigere, at reddēs nō cooperatur petitioni alterius, sed ea supposita cooperatur copulq; que licita est, & à se debita. Et confirmatur, quia nec cooperatur discedē, cū nō incitet aliū coniugē vt petat, nec indirecētē, cū nec possit, nec teneatur vitare peccatū exigētis: que ambo desiderāt ad indirectā cooperationē: & nō posse, inde cōstat, quia cū res propria à vero domino petatur, lex iustitiæ astringit cōiugem exactū, vt reddat. Quòd autem non teneatur, sic probō. Quia prauus finis, vel malitia alterius petentis nec vitat in se actum, nec redditionem, quæ sola est actus reddentis, alibi: non est ergo vnde teneatur illam exigentis malitia impedire. Insuper, quia timere potest alterius coniugis indignationem, & fortē incontinentiā, si concupiscentiā eius iam excitatē non obsequatur. Tandem probatur rationibus, quas. n. 7. asseram ad probandum terciā regulam: ea enim probant hanc.

Id tamen fatendum est, quoties coniux exactus potest commode, absq; timore odij, indignationis, & incontinentiæ alterius coniugis peccantis mortaliter in exactione, & absq; suo damno, teneri illi præcepto correctionis fraternæ ad auertendū alterum. Quia lex charitatis obligat ad retrahendum proximum à peccato, vbi cōmode fieri potest. Atq; ita Adrianus. 4. q. 14. de matris. in solutione ad primā rationem agens de reddente ei, qui voto castitatis alterius est, ponderat vt non dicatur cooperari, non posse reuocare coniugem exigentem, illiq; ab exactione auertere: idemq; ponderat Couar. 4. de cr. p. c. 3. §. 1. nu. 6. & in simili docet Sotus lib. 4. de iust. q. 7. ar. 1. in solutione. ad. 1. vbi docet depositariū teneri lege charitatis si cōmode possit, auertere dominum petentē depositum ad peccandum. Credo tamen rarissimè ad hoc obligari vxorem. Tum, quia potest moraliter viri indignationem timere, & fore vt suspicietur ipsam non virutis zelo, sed alieno amore capti inducitur etiam, quia moraliter potest credere vxorem qui contra votum est sacrilegus

simob

Aaaa 3 in

in petendo, vel aliter admittit culpam lethalem petens, ita ardore carnis incensum esse, ut facile incontinentiæ periculum patiat, negata sibi copula: atque adeo moraliter non est spes emendæ, quæ desideratur, ut præceptum correctionis obliget: imò est timor maioris damni. Tandem, quia onus grauisimum esse verecundiæ, quæ sceminas decet, offerre se viro ad semper petendū. Viri autē facilius hoc præcepto obligari possunt. Cū possint vxoribus peccantibus cum peccato consulere, ne peccent petēdo, & se illis offerre ad crebrius petendū: & maius in vxorem imperiū habeant, ipsi que incumbat gubernare.

6 Secunda regula sit. Quoties exigens solius culpæ venialis reus est exigendo, reddens vacat culpa, teneturque reddere. Hæc tradit Petrus de Soto l. 16. de matrim. sine. Matienq. lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 112. Et ratio est, quia cū actus ille reddēdū nō sit ex se, & intrinsecē malus, ob peccatū exigentis, potest ex causa iusta excusari à culpa illa veniali, qua ad summū affici deberet propter cooperationē ad culpā exigentis venialem: semper autē in reddēte adest causa iusta ad excusandum à culpa illa veniali, ad quod non grauis causa desideratur: ideo enim causa, ne petenti displiceat, vel excitentur odia inter cōiuges, & discordia, ne priuatur absque culpa iure reddendi.

7 Tertia regula sit. Quādo exigere est culpa lethalis, nō ob aliquā circūstantiā tenentē se ex parte adus, sed ob circūstantiā personalem ipsius exigentis, vt si, v. g. malo sine petat, vel ratione voti castitatis, quo ligatus est, sit sacrilegus petendo, tunc taneū abest, vt reddens peccet, vt potius reddere teneatur. Probatur primò. Quia cū adus ille nō sit ex sua natura illicitus, sed ex circūstantia se tenētē ex parte exigentis, idē met actus, vt se tenet ex parte cōiugis reddentis, in quo nō reperitur aliqua circūstantia vitians, erit licitus, imò & debitus ex iustitia. Secundò, quia voto castitatis se astringens non amittit dominium corporis alterius coniugis per matrimonium acquiritum, sed tantum peccat exigens, in ordine ad Deum, cui fidem voti violat: ergo tenetur coniux exactus reddere petenti rem suam: sicut si nūmos apud alterum à se depositos, peteret ad fornicadum. Et confirmatur, si quis apud inopē cētū aureos deposituisset, & postmodū nec donas illi inopi, nec ipsi promittēs, solū Deo voueret se

illos minime petiturū, teneretur in opes exacti illos reddere, vt potē nullum ius retinendi habens, nec ob id dicretur cooperari sacrilegæ fractioni voti petentis: ergo similiter in nostro casu. Tandem probatur rationib⁹, quibus n. 4. probauimus primā regulā: quæ etiā hanc confirmat. Hæc regulam ita vniuersaliter tradit Adrianus quodlibeto. 2. ar. 1. in solutione ad l. l. l. l. l. H. folio. 31. in parvis voluminibus. Petrus de Soto l. 16. de matrim. sine: & specialiter in voto, quando eo astridus petit ab eo, qui non vouit, teneri hunc reddere, docent Adrianus, & Petrus de Soto ibidē. Ioannes de Neapoli quodlib. 8. D. Anton. 3. p. tit. c. 22. §. 2. ad finem. Ang. matrimonium. 3. impedimento. 5. n. 5. Tabiena verb. impedimentum, impedimento. 2. q. vltima. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 6. Ledesma. 2. p. 4. §. 1. ar. 1. ad finē. Veracruz 1. p. Speculi, ar. 17. sine: & appendice ad illum ar. fol. 122. Metina lib. 1. summa. c. 4. §. 6. fol. 86. Stanica de voto. q. 3. n. 61. Angles florib. 1. p. de matrim. d. 11. de impedimēto ordinis, ar. 3. post. r. dist. dubi. 3. Bartholom. à Ledesma. de matrim. dub. 20. concl. 1. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 1. §. 1. n. 8. Munnelz. tomo summa. c. 90. nu. 4. Petr. de Ledesma. de matrim. q. 55. ar. 1. dub. 2. quod mouet post. 2. dub. principale. Quare audiendi non sunt Doctores asserentes coniugi voto castitatis astridū minime teneri alterū reddere: Hi sunt Ricard. 4. d. 32. ar. 2. q. 1. corp. in fine. & ibi Guillerm. Vorrilóg. q. vnic. ar. 2. cōc. vers. dico tamē. Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 2. q. 2. Henric. c. scripturæ. n. 8. de voto. Sylu. matrim. 7. q. 1. d. 6. Arm. verb. debitū. n. 19. Ant. Cuc. lib. 5. in sit. maior. tit. 12. nu. 19. Palacios. 4. d. 3. 2. disp. 2. fol. 723. verb. exquires. Vgolin. de matrim. c. 10. n. 2. idem sequitur Adrianus. 4. q. 14. de matrim. vers. tertio contingit, cū hac tamen moderate, dū vouens castitate voluit abdicare à se, quantum in ipso est, carnalis commerci potestatem. Quam moderationem admittit, si vir vouens intinmare vxori se velle ita Deo per votū castitatis obligari, vt nullum prorsus ius habeat deinceps in ipsius vxoris corpore: sicque acceptaretur ab vxore: tunc enim iam deinceps cū iam amiserit ius petendi per partem illud, nō tenebitur vxor reddere iuxta ea, quæ dicemus nū, sequenti. Secus si soli Deo obligetur per votum, etiam animo ius in vxoris corpus amittendi. Quia adhuc

domi.

dominus manet corporis vxoris, & ius prillimum in illud retinet, quāuis sacrilegus voti fractor sit, illo vtens, petendo: sicut elemofinæ promissæ quibuscunq; verbis, & quacunq; intentione voti emit tatur, manet dominus qui vouit, donec tradat pauperi. Minus est audiendus Sylu. proximē citatus, docens non tantum coniugi voto ligato non teneri alterum reddere, sed etiam peccare reddendo. Hæc dixerim, quando alter tantum, & absq; alterius licentia coniugis, voto castitatis astridus est. Nam quando de alterius licentia vouit: dicam infra disp. 36. num. 10. & 11. & quando vterque vouit, disp. 37. per totam.

8 Ab hac tamen regula, quoad reddendi obligationem, excipiendus est casus, quando vitium personale priuat coniugem iure debitum exigendi: tunc enim alter reddere non tenetur, sed iuste potest denegare, vt si coniux contrahat affinitatē cū altero coniuge per copulam cū eius consanguinea, vel cognationē spirituale cum eo (retenta opinione dicenti hæc cognationē priuare iure petēdi: de qua hoc lib. 1. disp. 26. disputabitur.) Probatur, quia cū petēs nullū ius habeat, nec reliquos dare tenetur: vbi enim nulla est petitio, nulla est moralis obligatio. Et ex quo ad hoc perdit ius petendi, reus habet ius non debendi, negandi, & excipiendi. Præterea, quia c. discretionē, & c. tuæ, de eo qui cognouit consanguineum, dum decidunt hunc incestuosum teneri reddere vxori innocenti: eam reddunt rationem, ne eius delictum officiat innocenti, iureque suo absq; culpa priuatur: ergo aperte volunt omnino officere delictū illud coniugi nō xio culpæ: vt exigere non possit, & vbi exigenti alter minime teneatur reddere (& intelligi hoc de affinitate, propter illam præcise, seclusa adulterij, quod interuenit, ratione, atq; ita adhuc ius hoc amitteret, nec teneretur alter etiam adulter reddere: teneretur autē ob delictū cōpensationem, vbi nulla affinitas, sed solū adulterij adesse. Ita generaliter docent asserentes quoties cōiux exigendi ius amiserit, eximi alterū à reddendi obligatione, Scot. 4. d. 32. q. vnic. vers. præcise dō: vbi Palud. q. 1. ar. 2. concl. 4. n. 9. Supplement. Gabriel. lib. 1. ar. 2. concl. 11. Almain. ibi. q. vnic. Quā dū, q. vnic. propos. 2. D. Anton. 3. p. tit. c. 20. §. 10. Caiet. summa, verb. matrim. c. vltim. de peccatis in usu coniugij. §. pri-

mus est, in fin. Nider in summa, præcepto 6. cap. 4. vers. sunt autē hi casus, & specialiter vbi alter cōiux contrahit cum altero cognationem spirituale, docent Glof. c. nolle, verb. non fraudentur. 30. q. 1. Paludan. Almain. D. Ant. proximē citati. Turrec. c. sciatis. 33. q. 4. art. 1. nu. 2. casu. 4. Et quando alter coniux cōtrahit affinitatem cum altero, docent idē, Archid. c. qui dormierit, initio. 32. q. 7. Hof. c. transmissa, in fine, de eo qui cognouit consanguineum. vbi Ioan. And. ad fin. Anchar. fin. Card. fin. Abb. n. 7. Henric. n. 3. Anton. fin. Alex. de Neou. n. 8. & 9. Præpos. ad finē. Rosel. verb. imped. impedimento. 8. n. 17. Sylu. verb. luxuria. q. 4. dist. 4. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 5. Victoria sum. de matrimonio, nu. 288. Anton. Cucus lib. 5. iust. maiorum, tit. 1. n. 123. Gutierrez lib. 1. q. canon. c. 23. n. 6. Alexan. Carrer. lib. 5. de transmissibus. c. 23. Matienq. lib. 5. recop. tit. 1. rubrica glof. 1. n. 103. Capua. p. 1. decisio. lib. 2. c. 80. nu. 12. Palacios. 4. d. 34. disp. 2. fol. 777. vers. quod si obieceris. Emmanuel Sa sum. verb. debitum coniugale, vers. qui cōiugis cognatum, Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 6. dub. vltim. §. his non obstantibus, Quare non est credendum Hugonij. c. nolle. 30. q. 1. & Hostien. c. si vir. n. 3. super vers. patrocinar. de cognat. spirit. docentibus coniugē ratione cognationis aceri à debito petendo, verū ipsi exigenti teneri alterū reddere. Nec etiā credendū est Gregor. Lop. l. 13. fin. tit. 2. p. 4. & Ledesma. 2. p. 4. q. 60. artic. 4. paulo post principij, & in fine, vbi dicunt viro incestuoso petenti teneri vxorē reddere, non obstante affinitate cōtracta. Ducitur, quia Matr. 5. sola fornicationis causa cōcelsit Christum posse vxorē dimittere, item quia eū in hoc casu non inueniatur exceptio aliqua, dicē dum est non eximi coniugē ab obligatione reddendi. Quo argumento vsus est Alex. 3. c. quonia, de coniug. leproso. ad probandum coniugi leproso reddendum esse debitum. Sed dicte testimonij illud Christi intelligi de dimissione quoad oriturum, & cohabitationem, & ita fateor in hoc casu non permitti: secus quoad debitum coniugale negandum (vt cum multis explicui disp. præced. nu. 19.) Ad aliud fundamentum respondeo, ex c. discretionem, & c. tuæ: clarē colligi hanc exceptionem, vt probauit initio huius numeri.

9 Aliqui tamen doctores intelligūt, vt cōiugi contrahenti affinitatem non teneatur

tur alter reddere, tunc minime procedere, quando hic innocens petijt debitū ab incestuoso. Quia ex tunc videtur reconciliatio facta, & proinde nō licet amplius debitum negare. Argumento. c. si vir, de adult. & c. proposuit, de coniug. seru. Potest etiam idem probari, ex. c. cū Vintonientis, de elect. ibi. *Nos attendentes quod isti post primam electionem, admiserant illos.* Vbi Glossa verb. admiserant, notat ex eo textu, & alijs, quos refert, nullū posse reprobare quod semel approbavit: ac proinde electores admittentes aliquem iure suffragij priuatum, amittere ius illum repellēdi. Sic ergo cōiux, qui incestuosum admittit ad copulā, non poterit deinceps illi debitum negare, obijciens illi affinitatem ratione incestus cōtractā. Ita tenent Host. c. transmissa, de eo qui cognou. consang. sine Archid. Ioan. Andr. Anchar. Cardin. Henricus. n. precedenti allegati. Ceterū omnino dicendum est, quāuis femel, & sepe coniux sciens & prudens debitū petierit ab incestuoso, non censi remissionem, ac proinde non amittere ius negandi debitum. Probat primò. Quia cū hæc priuatio petendi debitum non sit in fauorem alterius coniugis innocentis, sed in pœnam incestus, & affinitatis contractæ, nequit coniux innocens hanc pœnam remittere. Secundò, quia ex eo quod coniux iure suo vtatur debitum exigens, non priuandus est iure negandi quod habet. Tertio. Quia alijs frustrā decideretur. c. transmissa, de eo qui cognou. consang. hunc incestuosum minime posse exigere, ac teneri reddere, si per primam alterius coniugis exactiōem, fieret habilis ad petendum. Nec obstant. c. si vir, & c. proposuit, pro contraria sentētia allegata. Quia loquuntur, vbi coniux ratione adulterij amittit ius petendi. Cū enim talis priuatio sit in coniugis innocentis fauorē, potest innocens remittere, & censeatur facta remissio per copulam subsequentem. At in nostro casu priuatio non est in fauorē innocentis, sed in delicti pœnam. Nec obstat etiam. cap. cū Vintonientis, de elect. quia respondet bene Anton. c. finali, in fine, de eo qui cognou. consang. ibi priuati iure eligēdi, admitti vt eligat iure proprio, nec esse perpetuū à iure eligēdi exclusum: ac incestuosum admitti ad copulā ob ius, quod habet in eum coniux innocens, esse; perpetuū iure exigēdi priuatum. Et ideo hanc sententiā tuetur An-

ton. Abb. Alex. de Neuo. Propos. Rosell. Sylu. Couar. Anton. Cucus, Alex. Carrelius, Gutierrez, Matienço, Palacios, Capua. n. precedenti allegati. Et non esse in coniugis potestate hanc pœnam remittere, vltra omnes citatos docent etiam Casopulculis, tom. 1. tracta. 31. responsionum 17. in 4. responsione, vers. & quoniam. Supplementum Gabriel. 4. d. 41. q. 1. ar. 3. dub. 1. in solutione ad. 1.

Quòd si coniux impetret dispensationem ad petendum debitum super impedimentum affinitatis, aut cognationis, siue altero annuente, siue renuente, iam deinceps non poterit ex hoc capite, illi negari debitum. Quia per dispensationem restitutum est sibi pristinum exigēdi ius: nec in ea obtinenda consensus innocentis coniugis desideratur: cū priuatio illius iuris solum sit in pœnam delinquentis, & nullatenus in fauorem innocentis, vt nuprecedenti diximus.

Gravius autem dubium est. Vtrū coniux peccet lethaliter reddendo incestuosum petenti ante impetratam dispensationē affinitatis, aut cognationis. Et quid pars affirmatiua suadet. Primò, quia cū nō teneatur reddere (vt probauimus. n. 8.) videtur cooperari culpæ lethali exigentis: ac subinde simili culpa inuolui. Et eam esse cooperationem, & consensum in peccato, videntur aperte docere D. Thom. 4. d. 32. q. vnica, art. 5. quaest. 3. ad. 1. & ar. 2. quaest. 3. ad. 2. D. Bon. ea. d. 32. artic. 3. q. 1. fin. vbi Supplementum Gabr. q. 1. art. 2. post. 1. 1. conclusionem, vers. si dicitur faciens. Adrianus. 4. q. 14. de matrimonio, in solutione ad. 1. rationem. Turrec. sciatis. 33. q. 4. art. 4. n. 6. in solutione ad. 2. Abul. c. 5. Math. q. 24. 1. ad. 1. Couar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 6. vbi dicentes stare vt peccet exigens, & non reddens, opponunt reddentē cooperari, & consentire peccato exigentis: & respondent non dici reddentē consentire, dum necessitate coactus reddit, sed potius tunc patitur, secus si sponte, & voluntariè reddat: consensus enim est actus voluntatis. Cū ergo in hoc casu cōiux nulla necessitate coactus, sed sua sponte debitum reddat, cooperabitur, & consentiet peccato exigentis. Quare Abulenti. ibi in fert. ex ea doctrina, si coniuges non tenerentur mutuò ad copulam, peccante exigente, peccatum similiter reddentē. Et confirmatur, quia alij doctores ob id excusant à culpa reddentem, dum exigēs

delin-

delinquit. Quia reddit alienum, & debitum, ad quod lege iustitiæ constringitur. Sic Alen. 2. p. q. 166. membro. 3. fin. Asten. sis summa. 2. p. lib. 8. tit. 10. ar. 4. q. 3. Sotus 4. d. 31. q. 1. art. 3. paulò post principium. Verac. append. ad. 1. p. Speculi, art. 15. fol. 124. §. ad id quod in principio. Ledes. 2. p. 4. q. 55. ar. 1. ad fin. Palacios. 4. d. 32. disp. 1. fol. 710. vers. verumtamen coniux. & disp. 2. fol. 712. vers. obijciēs. Stunica de voto q. 3. n. 61. Petrus à Ledesma de matrim. q. 53. art. 1. dub. 2. quod mouet post. 2. dubiū principale. §. in huius rei expositione. Sed in hoc casu coniux non reddit alienum, & debitum lege iustitiæ, ergo admittet eandem culpam petentis. Secundò, quia hac ratione coniux innocens dubius de valore matrimonij, peccat reddēs adultero nō dubitanti: quia solum excusabatur à culpa, ratione obligationis reddendi, quæ propter adulterium cessat (vt diximus lib. 2. disp. 41. n. 49.) vbi. nu. 48. diximus peccare reddentem priori bimestri ante consummatum matrimonium. Quia tunc reddere non tenetur. Quod idem docet Vazquez. 1. 2. q. 19. ar. 6. disp. 66. nu. 33. Cū ergo in nostro casu coniux reddere non teneatur, peccabit reddendo peccato cooperate, & consensus in peccato exigentis. Atq; ita in proprijs terminis docent Palacios. 4. d. 34. disp. 2. vers. quòd si obieceris. Petrus de Ledes. de matrimonio. q. 55. ar. 6. dubio vltim. §. his nō obstantibus. Et clarè videtur sentire Abbas. c. fin. in fine, de eo qui cognou. consanguin. vbi dicit viro incestuosum petenti non debere uxorem acquiescere, quāuis ille patiatur incontinentiæ periculum. Et retenta hac opinione, idem videtur dicendum, si voto castitatis astrictus petat debitum ab altero coniuge, peccabit enim alter reddendo, quousque lege iustitiæ non cogit reddere: vt priori bimestri ante consummatum matrimonium: vel si ille adulteretur, cū ipse sit innocens. Quia eadem rationes militant; atq; ita Adria. Cou. Ledes. Verac. Stunica, Palacios duobus prioribus locis, proximè citati, coniugem reddentem voto astrictò petenti, ideo à culpa excusant, quod reddit debitū lege iustitiæ. Quod in hoc casu cessat.

Quāuis autem negare non possim rationes has vrgentissimas esse: mihi persuasum deo minime peccare coniugem reddentē tali incestuoso petētis: aut voto castitatis ligato, adulteròq; aut priori bimestri ante

consummatum matrimonium: in quibus euentibus lege iustitiæ non cogit ad reddendum. Ducor primò. Quia hoc non est cooperari delicto alterius (vt probauit, nu. 4.) quare non est cur crimē sit. Secundò, quia si dubius de valore matrimonij petat à nō dubitante, potest hic non reddere: quia illius non habet petendi: potest etiā reddere (vt probauit lib. 2. disp. 41. n. 56.) Nam cū sit in possessione pacifica, potest vti plenè sua possessione, petendo, & reddendo: nec aliquo modo illa spoliari debet ob alterius dubium. Sic ergo in nostro casu, cū coniux innocens nullo delicto, aut voto se astrinxerit, non est cur ob votum, vel delictum alterius, quæ suos solos auctores afficiunt, iure & possessione petendi, & reddendi priuetur. Et confirmatur ex ratione textus. c. transmissa, & c. tua, de eo qui cognou. consang. vbi deciditur incestuosum cum consanguineo alterius coniugis, non posse petere, ac teneri reddere: & subditur hæc ratio. Quia affinitas post matrimonium contracta, ei coniugi officere non debet, qui iniquitatis particeps minime fuit: nec suo iure debet abigi; ius cui priuari. At valde officeret, si innocens peccaret reddendo: cū priuaretur plena possessione, qua secluso voto, & delicto alterius gaudebat: essetq; ei necessariū semper petere, vt matrimonio abigi; culpa vteretur: scrupulisq; non immodicè vexaretur, dum petit, an ea sit petitio, vel potius redditio, propter alterius coniugis voluntatem nutibus intellectā. Tertio, quia vbi voto astrictus coniux adulterium admittit, votum non ligat alterum ne reddat: cū solum voutem obliget: nec etiam adulterium. Quia solū libertatem reddendi præstat innocenti, ab soluens illum à debito iustitiæ in fauorem suæ innocentie, nec est cur priuilegio in suum fauorē inducitur, cogatur in proprium damnum, & onus vti: contra. c. ad apostolicam, de regular. & c. si de terra, de priuileg. Nec obstant in contrarium adducta. Quia ad primum & confirm. dici potest, hanc redditionem non esse omnino spontaneam, sed quodam modo coactam, ne vxor innocens plena possessione per matrimonium com parata, abigi; sua culpa priuaretur: cogaturq; semper contra votum & naturaliter feminis in situm petere: & scrupulis angis, sit petitio, nec ne. Præterea potest dici eam nō esse rationem adequatam, cur non peccet reddens, sed accomodatam, & sufficientem

tem

tem casu, in quo alter coniux reddere tenetur. Ad secundum dicendum esse rationem. Quia coniux ille dubius, quantum in se est, accetur omnino ab usu matrimonij, ne se incontinentia periculo exponat: & solum ratione possessionis, & iuris iustitia alterius permittitur ei reddere: Quare his cessantibus peccat reddendo. At in nostro casu coniux innocens est in omnino da possessione matrimonij, nec aliquo impedimento laborat, quo minus petere: aut reddere possit. Quare loquens de affinitate tuetur hanc sententiam Ledes. 2. p. 4. q. 60. ar. 4. paulo post principium: ubi dicit esse probabile, viro incestuoso, non tenei uxorem reddere licite posse. Nec modicum vget pro hac parte tot doctores, nu. 8. relatos de hoc agente, solum dixisse licere innocentem denegare debitum incestuoso, nec meminisse obligationis. Et loquens de voto Palacios admittit stare ut reddito voto astricto sit libera, & adhuc culpa vacet: dicit enim. 4. d. 32. disp. 2. fol. 722. colum. 1. sine, & sequenti, quando vterq; coniux castitatem vouit, peccare exigentem, non tamen reddentem: & statim fol. sequenti, vers. exquires, dicit non tenei reddere. Id tamen fatendum est, siue hanc, siue illam sententiam sequamur, posse coniugem innocentem exactum, cetero reddere non possit, ne exigentis culpa assensum praestet: cessum habere, non ea mente, ut reddat, sed animo vtendi petitione debiti. Quia haec est sibi permilla, nec hoc iure ob alterius exactiorem, priuandus est.

13 Hinc deducitur, si sit periculum incontinentia in coniuge priuato iure petendi ob affinitatem, aut cognationem, tenei innocentem lege charitatis ei succurrere, siue petendo, siue reddendo exigenti, quando spes est fore, ut sic abstineat ab incontinentia illa. Dixi, ob affinitatem praesentiam ab adulterio, vel si alter coniux aliud admiserit adulterium, quo casu ratione adulterij non potest debitum negare. Quia ratione adulterij ubi coniux alter est innocens non tenetur reddere aliam patienti incontinentia periculum, nec ab eo petere. Ratio disparitatis est, quia lex charitatis obligat ad subueniendum necessitati proximi, absq; proprio dispendio: at per copulam cum adultero, incurrit innocens graue damnum, amittit enim ius celebrandi diuortij: nullum autem patitur, accedens ad impeditionem ratione affinitatis, aut cognationis, cui ad-

huc liber maneat ad deinceps non reddendum (vt probauimus. n. 9.) Quare & si lex iustitia tunc non obliget, eo quod alter amiserit ius: obligabit tamen lex charitatis: quandoquidem licite potest petere, & reddere: & licet alter peccat petendo, ipse reddens nullo modo peccat (vt probauimus. p. precedenti): & ex alia parte vitius maior peccatum, nempe, adulterium, aut pollutionem alterius coniugis. Nec est audiendus Abbas oppositum docens: vt retulimus. in ad finem.

14 Admonerim tamen coniugem ipsum qui affinitatem, aut cognationem contraxit, aut voto castitatis ligatus est, non posse reddere debitum alteri, quoties ex lege iustitia reddere non astringitur: vt vt propter adulterium alterius (seclusa compensatione cum adulterio incestuosi): & priori bimestri ante consummatum matrimonium, quo tempore reddere est liberum. Probatur, de incestuoso, ex. c. transmissa, de eo qui cognouit. consang. ubi de tali incestuoso sic dicitur. *Non cognoscat eam quam diu viserit, nisi ab ea fuerit requisitus: & tunc ab ipsam non sine graui cordis dolore accedat.* Vbi pondero solum huic concedi facultatem accedendi ad uxorem, quando legitime fuerit exactus, & vt vulgo dicitur, *si mas no poder.* Id enim importat ea verba. *Non sine graui cordis dolore accedat,* hoc est, coactus lege iustitia, ne innocentem suo iure priuet. Ergo quando nulla lege cogitur, tenetur non accedere. Et confirmatur, quia cum copula illa sit incestuosa, nempe, cum affini, est omnino illicita, solumq; excusari potest ob fortius iustitia debitum: ergo ubi non est debita, est illicita. Atq; ita de incestuoso tenent Syl. matrimonium. 8. q. 15. dist. 7. & Petrus de Ledes, de matrimonio. q. 55. art. 6. circa. 3. statum affinitatis, dub. 4. in solutione ad 1. fol. 445. ubi docent actum huius incestuosi esse illicitum, & incestuosum, quoties non est ex iustitia debitus. Et Syl. clarius dicit esse culpam mortalem incestus, quoties sine iniustitia potest hic incestuosus negare debitum. Insuper probatur idem de coniuge castitatis voto astricto. Quia votu castitatis obligat vouentem ad omnino abstinendum ab omni actu venereo: & solum excusatur coniux reddens, propter fortius vinculum iustitia superueniens: ergo quoties hoc vinculum deficit, tenetur omnino, a petitione, & redditione abstinere. Et confirmatur, quia non minus

obligat votum castitatis ad omnimodam castitatem seruandam, quam votum religionis ad illius ingressum, sed vouens religionem, & postea ducens uxorem, tenetur quandoquidem sibi fuerit permittum, vt ratione adulterij alterius, religionem ingredi: ergo voto castitatis ligatus tenetur ad omnimodam castitatem, quoties lex iustitia non cogit ipsum reddere. Quod si obijciatur, esse priuilegium innocentis, vt ob non seruata sibi fides ab adultero, possit ea exceptione vti, & non reddere: nemo autem cogendus est vt suo, priuilegio, c. si de terra, de priuileg. Dic hoc verum esse, ex vi priuilegij, secus si ex vi alterius legis obligatur ad aliquid, a quo ratione impedimenti ex excusatur, quod per priuilegium auferitur, tunc enim non ex vi priuilegij, sed ex vi illius legis obligatur ad illo vtendum. Vt agens de obligatione habentis bullam ad audiendum missam tempore interdicti, optime explicat Suarez. 3. p. q. 83. art. 6. disp. 88. sect. 6. §. solet etiam hic interrogari. Quare agens de voto videtur clare hanc sententiam tenere Cai. summa. verb. matrimonium. c. ultimo de peccatis in usu coniugij, vers. 9. caput, ubi ait idem coniugem voto castitatis ligatum tenei consummatum matrimonio ad reddendum: quia tenetur maiori vinculo reddere: & paulo inferius dicit tenei ad omnino abstinendum, quandoque fuerit in sua libertate: & quamuis addat, *si licet moribus vxore.* Est exemplum, quod non archiepiscopus regulam. Idem videtur sentire Adrianus. 4. q. 14. de matrimonio, vers. 3. contingit, ubi dicit, habentij votum non solum exactiorem debenti esse mortalem, sed quacumq; etiam commixtionem voluntaria. Et expressius tenent Palud. 4. d. 38. q. 3. ar. 6. nu. 43. & Syl. matrimonium. 7. q. 54. dist. 6. & matrimonium. 8. q. 15. dist. 7. ubi agit, voto astrictum excusari reddendo: quia tenetur, vnde non tenetur reddere, dicitur non excusari. Quia absq; causa necessaria ageret aduersus votum continentiae, cui opponitur petere, & reddere. Quid dicendum, si votum castitatis esset emissum post contractum matrimonium? Vt dicemus hoc lib. disp. 31. a. num. 33. Ex quibus inferetur, emittentem votum castitatis, ante matrimonium, & contrahente matrimonio non consummato affinitatem, aut cognationem cum vxore, quauis iuxta eorum sententiam non peccet, consummando matrimonium, non petendo,

sed reddendo, quia non tenetur ingredi religionem (vt dicemus hoc lib. disp. 29. n. 2. & disp. 34. n. 3.) peccare tamen prima vice reddendo intra prius bimestre, vt probauit. Quia tunc redditio est omnino voluntaria, versus transacto bimestri, iam lege matrimonij obligabitur ad reddendum: nisi ad religionem transierit, ad quod non tenetur, & ita deinceps non peccabit reddendo. Quare caute hoc insinuans. D. Th. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 4. dixit ligatum voto castitatis posse absq; peccato reddere, postquam obligatus est ad hoc per carnalem copulam praecedentem. Si tamen incestuosus hic, aut voto ligatus remitteret iniuriam adulterij alteri coniugi, aut similiter adulterij admittit, aut cognosceret confugum adulterum, cum remissio illa teneat, & per hoc ipso facto amittat ius denegandi debitum, iam deinceps tenebitur reddere, sicut prius: at remissio illa fuit culpa leuialis, & illud adulterium habuit hanc speciem deformitatem mortalem, & necessarium considerandum, si aduertit per eam reddere se impotentem ad seruandum votum, vel praecceptum abstinentiae omnino, ortu ex affinitate, vel cognatione. Quia propria sponte, nullaq; matrimonij lege coactus eam impotentiam incurrit. Quando vero vterq; coniux contraxit cognationem, aut affinitatem cum altero, an possint petere, & reddere? Dicat hoc lib. disp. 28. per totam.

15 Rogabis forsitan, quid dicendum, si fecerit, quae tenetur non reddere, in ista praedicta, & vir institerit petere? Abul. c. 30. num. q. 8. dicit mulieri permitti reddere, quando alius non poterat, ob tuendam pacem matrimonij, quando vir institerit, & quasi cogens petit, ipsumq; sequitur Hen. Fiquet lib. 11. de matrim. c. 15. n. 8. in commento, litera. G. & Antonius Gomez in bulla, clausula. 10. n. 67. Vega. 2. tom. summa. c. 12. q. 77. reddat rationem Abul. Quia Ecclesia interdum aliqua concedit ad vitandum maiora mala, absoluit, mulierem a voto, ne sequatur magna discordia coniugum. Subdit etiam aliquos idem sentire de viro respectu mulieris, sed id negat. Quia vir tanquam potentior potest excitare grauiores discordias. Sed ego ubi sit haec dispensatio concessa ab Ecclesia, non inueni: & ideo licet eam doctriam admittam, at alio ducor fundamentum: si impedimentum sit iuris humani, vt affinitatis, vel cognationis, ius humanum non obli-

gat cum tanto discrimine discordiarum: licet ieiunium lege humana præceptum potest vxor soluere viro præcipiente, vbi aliàs graue scandalum timeretur ( vt dixi hoc lib. disp. 3. num. 13. ) Si verò impedimentum sit voti, quod est de iure diuino, & possit à viro irritari, manifestum est tunc excusari vxorem (quando autem possit irritari: dicam hoc lib. disp. 39. num. 11. ) Si autem irritari à viro nequeat: tunc dicendum est, votum non obligare cū tanto dāno, esseq; eam notabilem mutationē, vt votum pro tunc deobliget, vbi non potest consuli prælatus vt dispenset.

16 Vltima regula sit, Quando petens delinquit mortaliter ob aliquā circumstantiam ipsius actus, & non solū ob circumstantiā personalem, tunc etiam reddere est mortale, v.g. petit coniux in loco sacro, aut publico, aut ob periculo abortus, petitio illa non est illicita ob circumstantiam tenentem se ex parte petentis, sed ob circumstantiā ipsius actus, qui loci sacri sanctitati repugnat, ipsūq; pollut: aut si est in loco publico, aduersatur honestati naturali: aut si est cum abortus periculo, est in damnum tertij, ad cuius bonum actus ille suapte natura ordinatur: ac subinde ipsa redditio eandem malitiam habet. Quia sicut petitio afficitur illa praua circumstantia, ita & redditio, vtraq; enim pollut locum sacrum, aduersatur honestati, estq; in tertij damnum. Hanc tradit Petrus de Soto lect. 16. de matrim. fin.

17 Ad Argumenta. n. r. proposita respōdetur. Ad primū dic, nō habere ius, seu iniuriam petere, vsurpari dupliciter, aut enim id

venit, quia petēs nō habet ius in re petita, vt si petat alienū, & tūc nō debet reddere: aut quia debetū modū non seruat, sicut ius habet in re petita, & tūc reddendum est: nec est cooperatio, vt probauit. n. 4. Ad conf. dic, non esse annuendū, vbi is à quores exigitur, potest cōmodē negare: & ad id tenetur: scus quando non potest commodē, aut non tenetur: vt contingit hęc. Ad secundum constat ex di. 16, nu. 4. Illud non esse consensum cooperationis. Ad conf. dic, maiorem esse veram, vbi illa sunt secundum rem, & voluntatem inseparabilia, scus si hoc pacto separari valeant. Vt crucifixio actiua Christi displicuit Deo, cui tamen passiuā valde placuit, cū tamen secundum rem separari minimē potuerint. Ad tertium dic disparitatem esse, quia in illis casibus circumstantia vitians se tenet ex parte ipsius actus, vt explicui numer. præcedenti: in alijs vero se tenet ex parte solius petentis, vt explicui numi. 7. Ad quartum dic negandam esse consequentiam, quia damnum corporale non est in hominis potestate vitare, sicut est spirituale: Quod si illud sit in potestate, vt dum quis petit gladium ad se perimendum, inferri sibi damnum circa corpus, in quod nullum habet naturale dominium in ordine ad illum vsum interfecionis, aut mutilationis: vbi verò solum est damnum spirituale, est circa animam, cuius homo dominium morale habet, cū illam Deus reliquerit in manu consilij sui. Ad conf. constat ex proxime dictis.

(?)

DISPUTATIO SEPTIMA.

Vtrum coniux cui debiti petitio interdicta est, non tamē redditio: vt contingit ratione voti castitatis, cognationis, aut affinitatis post matrimonium contracta, possit aliquando, & teneatur petere?

SVMMA RIVM.

VIR cui petere est interdictum ratione voti, cognationis, aut affinitatis, potest aliquoties se insinuare vxori, & ab ea petere. nu. 1. Quid, si vniuerse de vxoris licentia. 2. An possit petere, quando ex signis, aut vxoris conditione coniecit ipsam appetere, & prae verecundia non petere. nu. 3.

An prædicta habeant locum, quando vxor est, cui interdictum est petere. nu. 4. Quid, si vir se impeditus sentiat periculum incontinentiā in vxore, quamvis de licentia eius vouerit. nu. 5. vbi quid, si vir dū absu- raris sit. An idem dicendum sit, quando vxor est interdicta à debiti petitione. nu. 6. An si ipsemet coniux impeditus agitur car-

nis tentationibus, possit petere. nu. 7. An liceat significare alteri coniugi suam impedimentum, ne eius petitionem expectet. nu. 8. An teneatur illi manifestare impedimentum, ne petat. nu. 9. Verum raris impeditus possit provocare non impeditum, vt petat: vel à contra hic illud. nu. 10. An coniuges castitatis voto astricti, concientes mutuan exigendi voluntatem, si eis liceat, possint licet copulam habere. nu. 11. & ibi, quid, si quilibet semivros alterum indigere copula. An si faciant mutuo sibi signa, peccent se committentes. nu. 12.

PRIMA conclusio. Maritus cui petere est interdictum, cū tamen reddere teneatur, vt contingit, quando voto castitatis ligatus est, aut post matrimonium contraxit illicitam affinitatem, aut cognationem cum vxore, potest nonnunquam insinuare se vxori, & offerre ad vsum coniugalem, petereq; ab ea debitu, non in gratiam sui, nempe, vt suo appetitui morem gerat, sed gratia vxori complacendi, & non reddendi matrimonio ei graue, & onerosum. Probatur, quia hoc petendi genus, est quodam modo reddere, cū in solius vxoris gratiam sit, quae verecundia solet ab exactione debiti id optans arceri. Huius sententiæ videntur expressē D. Thom. 4. d. 38. q. 1. ar. 2. quæst. 2. ad. 4. A. sentis. 2. p. summe, lib. 8. tit. 16. ar. vnic. q. 5. Henricus. c. rursus. n. 4. qui clerici, vel vou. Turrec. c. nos nouimus. 1. 7. q. 2. ar. 3. n. 3. vbi referentes aliquos sentent, fas esse viro vouenti castitatem, petere, ne onerosum reddat matrimoniu subdunt, si recte inspicatur, id esse vxore interpretatiue petere, ac virum reddere: ac proinde clarè sentiunt eam petitionē esse licitam. Atq; agentes de viro qui votum emisit, tenent hanc conclusionē, Ang. matrimonium. 3. impediment. 5. nu. 3. & matrimonium. 4. nu. 6. Rosella verb. impedimentum. impedimento. 4. numer. 7. ad finem. Syl. mat. 7. q. 5. dict. 4. Tabien. verb. impedimentū, impedim. 2. fin. & q. 3. fin. Ledes. 2. p. 4. q. 55. ar. 1. ad fin. Emanuel Sa. summa, verb. matrimonium. c. de impedimentis dirimentibus, vbi de impedimento voti, verb. contrahentem post votum, & verb. debitum coniugale, verb. contrahens matrimonium. Idem docet idem met Ledes. 2. p. 4. q. 66. ar. 1. ad finem, vbi ait virum, qui vouit, posse animum concipere

exigendi quaten, vel aliquoties in mensis reddat vxori matrimonium onerosum. Victoria summa, de matrimonio. n. 293. v. 7. bi ait posse petere, quando conq; sibi videtur honestum accedere ad vxorē. Ad id est Petrus de Soto lect. 14. de matrimonio, ad finem: vbi de eodem viro vouente loquens, ait reddere verē esse quomodo dūque fiat, quando sit vt condescendatur infirmitati alterius. Eandem conclusionem tuentur loquentes de viro, qui affinitatē contraxit, Sotus. 4. d. 37. q. vnic. ar. 2. post. 2. concl. vers. debet autem pena. Gutier. lib. 1. q. canon. c. 23. n. 9. Capua. 1. p. decisionum. lib. 2. c. 80. nu. 9. Lúdo. Lopez. 1. p. instr. d. in. 2. edition. c. 296. fin. Petrus de Ledesma de mat. q. 55. ar. 6. s. quartus status. Quod si roges, quoties hoc liceat Ledes. (vt proximè reruli) explicuit, quater, vel aliquoties in mēse. Sed melius Victoria proximè citatus id prudentis arbitrio remisit, dicens quoties marito visum fuerit honestum. Itaq; ea ratio habenda erit, ne matrimonium reddatur vxori graue, ac onerosum, si quoties concubitu appetit, cogatur contra naturalem verecundiam feminis insitam, exigere. Quare cū quædam femina alijs in venerem propiores sint, atq; ita frequenter concubitu appetant viri ab alijs sæpius quam quater, ab alijs verò, rariū in mēse exigere licebit: vnde ad hoc librandum, attendenda est conditio natiua vxoris, ac eius in venerem propensio, vt in simili dicemus. n. 3.

Exciperem tamen, nisi vxor vouenti castitatem licentiam viro concessisset: Cū enim suo iure in hoc cesserit, vt permittat matrimonium sibi fore onerosum, marito obligante se ad non petendum, conquire iure nequit de hoc onere, & quidd concubitu appetens, cogatur expresse, aut interpretatiue petere. Ita docet Ang. matrimonium. 4. nu. 7. An verò idem dicendum sit, vbi in vxore esset periculum incontinentiæ? dicam nu. 5.

Hinc deducitur, licitum esse viro ita impedito ad petendum, exigere, quoties voluntatem petendi in vxore non audente præ verecundia, comiecerit. Quia (vt probauimus hoc lib. disp. 2. n. 4.) id est in vxore interpretatiua, & tacita petitio, in viro autē redditio. At que ita de viro, qui vouit, tradunt D. Thom. 4. d. 38. quæst. 1. ar. 2. quæst. 2. ad 4. Turrec. c. nos nouimus. 1. 7. q. 2. ar. 3. nu. 3. Augustinus de Anebona, quem refert, & sequitur Rosell. verb. im-

pedimentum, impedimento. 4. num. 7. ad finem. Sylva. matrimonium. 7. q. 5. dicit 6. 4. Tabiena verb. impedimentum, impedimentum. 2. q. 3. Armilla verb. matrimonium. n. 55. Victoria summa, de matrimonio. nu. 197. Sotus. 4. d. 3. q. 2. ar. 1. post. 3. concl. vers. reddere. Navar. summa. c. 16. n. 30. Ledesma. 2. p. 4. q. 5. art. 1. ad finem. Antonius Cucus lib. 5. institut. maiorum. tit. 12. nu. 21. Bartholomaeus à Ledesma dubi. 32. de matrimonio. §. sed iam quod matrimonium. Palacios. 4. d. 3. disput. 2. fol. 716. vers. fic. neque onerosus. Petrus de Ledesma de matrimonio. q. 5. ar. 1. dubiolo. 1. quod movet post. 2. dubium principale post. 1. conclus. Corduba summa. q. 136. puncto. 2. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de matrimonio. c. 46. circa. 2. impedimentum voti, vers. adde verò. Et loquens de incestuoso docet idè Ludou. Lop. 1. p. instruct. c. 80. §. sed connumerare. Satisque est, si vir hoc ex conditione nativa vxoris, Venerisque appetitu coniiciat. (Vt in simili diximus disp. 2. n. 4.) Ita August. de Anchona, Rossella, Sylva. Nauarum, Ledesma, Antonius Cucus proximè citati. Ludou. Lopez. 1. p. instruct. c. 83. §. at ista sententia. Capua. 1. p. decif. lib. 2. c. 82. n. 5.

4 Consulto autem hæc omnia de viro impedito asserimus, nullam mentionem facientes, quando vxor sit, cui petitiõ debiti interdicta est, ob castitatis votum, affinitatè, cognationemvè cum viro. Quia regulariter non est idem iudicium: ed quod cessat omninò ratio proposita. Cùm enim nec viro indecens sit, nec ipsum exigere pudeat, non redditur ipsi onerosum matrimonium, si semper dum appetit, cogatur petere, quare si ipsi non petenti mulier se offerat, cessabitur petitiõ, ac proinde ratione impedimenti sibi interdicta. (Vt in simili diximus dispares in hoc esse coniuges hoc lib. disp. 2. n. 5.) Si tamen (vt ibi dixi) maritus talis esset, vt more sceminae non audeat petere, tunc idem dicendum est de femina, cui petere est interdictum, potest enim se aliquoties marito ad eum vsu offerre, ab eoque debitum petere, volente quidem concubitu, nec audente exigere. Sic Navar summa. c. 16. nu. 30. atque ita intelligendus est Sylva. matrimonium. 7. q. 5. dicto 10. dicens generaliter, & absolute idem esse iudicium quoad omnia dicta, de muliere respectu viri, sicut de viro respectu ipsius.

6 Secundò deducitur, licere coniugi ita

impedito exigere ab altero, vbi in ipso periculum incontinentiæ sentietur, quia hoc est quodammodo reddere: tùm etiam, quia votum non obligat ad non petendū cum dispendio ruinae alterius coniugis. Sic docent de coniuge, qui affinitatè contraxit, Anton. c. finali, in fine, de eo, qui cogn. confang. Anchar. fine. Alexan. de Neuo. n. 5. & 6. Ioan. Andr. n. 4. Præpos. fine. Additionator ad Abbatem, ibi, in fine, super verb. acquiescere. Et loquentes de coniuge, qui voto est affectus, docent idem Victoria in sua summa, tractatu de matrimonio. numer. 293. & Adrianus. 4. de Eucharistia. q. incipienti, Restat iam videre, an propter corporalem immundiciã, in solutione ad secundam rationem: imò teneri coniugem, qui vouit, petere in hoc euentu, merito docent Præpos. 6. rursus. n. 6. initio, qui clericis, vel vouentes. Petrus de Soro lect. 14. de matrim. ad finem. Angles floribus. 1. p. de matrim. q. 6. de obligatione soluendi debitum, art. 1. diffic. 4. concl. 4. Palacios. 4. d. 32. disp. 2. fol. 716. vers. verumtamen casus. Enriquet lib. ar. de matr. c. 15. n. 9. & lib. 12. c. 2. n. 9. Et generaliter de omni impedimento ad petendum, docet idem Enriquet 20. c. 15. n. 19. Quam obligationem latius probavi hoc lib. disp. 2. n. 6. vbi & dixi tunc habere locum, quando est spes fore vt ea copula, periculo incontinentiæ subueniatur: vel vbi id est dubium: & etiam quando alter cõiux nec expressè, nec tacitè petit: imò & quando alter coniux copulam coniugalem non appetit: vt dixi ea disput. 2. nu. 7. Et quanuis in presenti disput. nu. 2. dixerim non posse coniugem sic impeditu offerre se alteri, qui vouenti licentiam concesserat: ac si periculum sit incontinentiæ in altero, credo teneri. Quia concedens eã licentiam solum esse iuri suo, vt alter nõ teneatur sibi aliquoties se offerre, gratia non reddedi matrimonio onerosum. At in hoc casu obligatio non confurgit ex hoc capite, sed ex obligatione orta ex ipsimet matrimonio institutione, & bono fidei: vt probavi d. disput. 2. n. 6. Non tamen possit vir ita impeditus exigere, si solum timeret lapsum vxoris in incontinentiam: ed quod sit ipse diu abfuturus: nisi voluntatem vxoris petendi conijceret: iuxta dicta. n. 1. & 3. Quia tali copula non subuenitur illi incontinentiæ. Ita docent Ioan. Andr. c. finali. n. 4. de eo, qui cogn. confanguin. vbi & Præpos. fine. Vincentius ibi,

quem

quem refert, & sequitur Alex. de Neubi n. 9. & quãuis hi doctores confuse loquantur, & solè explicitè non teneri, ac credo etiam non posse ob rationem dictam.

6 Nec in hoc casu vllū discrimen constituo, siue vir sit cui debitum petere est interdictum, siue sit femina. Quamuis cessante incontinentiæ periculo latum esse discrimen, dixerim. n. 4. Quod latè probauit hoc lib. disp. 2. n. 6.

7 Dubitabis autè, An idem dicendū sit de ipso coniuge, cui debiti petitiõ interdicta est, nempè, vt sibi petere liceat, quoties ve hementibus carnis stimulis vegetur? Vi guerius lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 8. impedito. 5. affirmat: nulloque alio fundamento in nitur probare, nisi quod iugum Christi suauè sit Marth. 11. At merito alij docent, iuuenturam, ac subinde incontinentiæ periculum ipsiusmet incestuosi, qui affinitatem tũ vxore contraxit, causam sequi dispensandi iustam præbere, non tam en petendi debitum, nõndum obrenata dispensatione. Quia id nõllõ solido fundamento, aut iure licere probatur. Nec hoc suauitati iure Christi aduersatur, si eut nec voram castitatis impedire matrimonium: contrahendum absq; dispensatione, non obstantibus carnis tentationibus, illi repugnat. Nec iuuat, si dicas matrimonium post lapsum institutum esse, vt huic incontinentiæ subueniatur. Quia ea se mediana destituit quoad facultatem petendi: qui castitatem vouit, licet matrimonio ligatus sit: & eadem quoad eundem effectum priuatus est propter affinitatem, aut cognationem iniquè contractam post matrimonium. Et ideo hanc partem tuentur Couar. 4. dec. 2. p. c. 7. §. 2. num. 5. Anton. Cucus lib. 5. institut. maiorum tit. 11. n. 123. Gutier. lib. 1. q. canon. c. 23. nu. 6. Mariengo lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, gl. 1. n. 103.

8 Secunda conclusio. Coniux cui prohibitum est petere, quãuis exigere nequeat, at potest alteri coniugi suum impedimentum significare, ne suam petitiõnem expectet, reddaturq; ei matrimonium onerosum. Quia id minime est petitiõ debiti, quã sola interdictur. Sic Palud. 4. d. 38. q. 3. ar. 5. n. 4. 1. agens de impedimento voti quod idem de alijs dicendum est: cū eadè prorsus militet ratio.

9 Hinc inferetur, coniugem voto castitatis affectu minime teneri alteri indicare suu votum vt à petendo abslineat, quãuis non sit fore vt non petat. Quia actus concubi-

us reddendo definit esse voti materia durante obligatione reddendi ob matrimonium. Sic docet Caiet. 2. 2. q. 88. artic. 8. §. ad hoc dicitur q̄ consensus. Et idè quãdo votu castitatis emissum est post matrimonium, nepe, non teneri emittentè indicare alteri coniugi, docent Sot. lib. 7. de iust. q. 3. ar. 1. vers. quod si contra arguas; & Ludou. Lopez. 1. p. instit. c. 48. §. vtrum quando; atque idem eadem ratione dicendū est, quocumque alio impedimento existente.

10 Tertia conclusio. Ne fas est si cõiux interdictus à debiti petitiõne, incitet nõ interdictum vt debitum petat. Quia id exigere est: Et similiter nequit non interdictus incitare interdicitum vt petat, licet eius lapsus timeat: Quia incitat peccatũ: sed debet tunc ab eo debitum petere, vt vel sic licitè adum coniugalem exerceat, sedeturq; carnis concupiscentiã, quæ petendo, illicitè exerceat. Sic docet quãuis satis obscure, Vincentius, c. finali, de eo qui cogou. confang. Ioan. A. n. d. num. 4. Anton. in. Anch. fin. Præpos. fin. Alex. de Neuo. n. 5. & 6.

11 Quarta conclusio. Si ambò cõiuges promiserint Deo seminime debitum petituros, possent ambo cõmiseri, non quidem debitũ petendo: id enim aduersatur voto emissio, sed quãdo quilibet sentiret alium indigere, vt propter incontinentiã periculã. Ratio est, quia tũc neuter verè petit, ac proinde neuter peccat aduersus votum: & ex alia parte, est quodãmodo redditio: eũ neuter gratia sibi satis faciendi, sed annuendi voluntati alterius coniugis, cui reddere tenetur, accedat iuxta dicta. nu. 1. 3. & 4. Sic docet Glof. c. fin. statim in principio. 27. q. 1. Rosel. verb. impedimentũ, in ped. 4. nu. 7. ad fin. vbi Tabien. impedit. 2. fin. Imò idem dicendum est, vt probat ratio prædicta, quando vterq; coniux nouit alteru affectare copulã, & petiturũ, si possit. Quia est quodammodo redditio, & in gratiam alterius. Sic Ang. matrim. 3. impedim. 5. nu. 5. Nauar. sum. latina. c. 16. nu. 31. & clarus hispana eo. c. 16. nu. 32. Emmanuel Sa summa, verb. debitum coniugale, vers. cū vterq; Idemq; dicendum est, licet cõmuni consensu id votum emiserint. Quia eũ solum se non petituros promiserint, reddere tenentur: illaq; copula est quodammodo redditio. Sic Nau. ibi, manifestè enim loquitur, quando cõmuni cõsensu, quod denotat illud verbũ, quo in summa Latina vicitur, *pari esse*: si enim seorsum

vouit.

vouissent, non esset pactū. Idemq; consequenter dicendū est, si votū absolutū ante, aut post matrimonium cōiuges emiserint, non cōmuni consensu. Quia id votū non eximit ab obligatione reddēdi, sed solum obligat ad nōn petendū. Et ita de voto castitatis ante matrimoniiū emissio, loquēs censet. Ang. multiplicatus. Secus autē dicendum esset, si coniuges per viam pacti mutuo consensu castitatem vouissent. Quia iam nec petendi, nec reddendi facultatē habent. Insuper in casu primo, in quo loquitur Glossa citata, videlicet, quando cōiuges vouissent se nō petituros, & tērent in altero incontinentiā periculū, nō

tantū posset alter licitē accedere, sed tēneretur, & si in vitroq; tale periculū esset, vterq; ad id tēneretur. Quia ea est redditi, & in illo discrimine obligatur quilibet coniux alteri subuenire, vt cōstat ex dictis nu. 4. & ex disp. 2. n. 6. & 7. Tandem id obseruandum est, si coniuges non mutuo consensu castitatem vouerint, alterque signa peritōnis ostendat, reus erit culpæ hīc. Quia ea est petitio interpretatiua, & tacita: alter verō annuens vacabit culpa. Verē enim reddit: ad quod tēnetur. Sic Ouanus. 4. d. 3. 8. quæst. vni. ca. corollario, quod infert ex 6. propositione.

DISPVATIO OCTAVA.

An actus coniugalis vitietur ratione finis ad quē refertur? Et specialiter si solum exercetur propter bonum sacramenti: nempe, ad significandam coniunctionem Verbi cum carne, aut cum Ecclesia?

SVMMARIVM.

**C**ausa prolis, aut debitum reddenti, est licitus actus coniugalis, nu. 1. Quid, si proles non referatur ad Dei cultum, sed gratia successoris habendū? nu. 2. An opus sit actū referre in finem honestum, vel sua habitu, vt in initio cōtractus matrimonij nu. 3. Quid, si finis sit, vxori copulari, non exclusa prole, nec eius memoria habitā? nu. 4. Quocunq; sine petatur debitum, tēnetur alter reddere: peccat q; si malo sine ductus reddat nu. 5. Quid, si bono sine capriū sit peti, aut reddi: finisq; variatur in ipso actū? nu. 6. Actus coniugalis est mortalis, vbi finis est mortalis. Et quotuplex sit culpa? nu. 7. & ibi, non tanta culpa est actum referre in malum finem, ac ipsum matrimonium, & potest in relatione matrimonij peccatum esse lethale, cum non sit tale in relatione ipsius actus in malum finem. Nunquam ratione finis est mortalis, actus coniugalis, nisi finis sit mortalis, nu. 8. Quando finis est venialis, qualis, & quotuplex culpa sit ipse actus? nu. 9. Quando in concubina desiderat coniux nō habere prole, quale peccatum sit? nu. 10. & ibi, an liceat desiderare non habere plures filios. An sit culpa, vbi finis extraneus secundario intenditur? nu. 11.

**Q**uid, si bonum vitale intendatur? vt si vir accedat ad vxorem mercede condūctus, aut eo sine vt illum heredem constituat, numero. 12. An ob sacramenti bonum exercitū actus coniugalis, vacet culpa? proponitur ratio dubitandi, nu. 13. Est culpa venialis, numer. 14. & ibi, cur bonum sacramenti non excuset illum actum a culpa veniali: sicut excusat bonum fidei, aut prolis. Quid, si hic finis intendatur, alijs finibus non exclusis, u. 15.

**H**actenus in genere disputauimus, qualiter sit licitus, & obliget coniugalis actus. Iam de circumstantijs, quibus vitari solet, agendum est. Et primo de finis circumstantia, quæ in actibus humanis primū locum obrinet. Et potest esse multiplex finis illius actus, nempe, proles, reddere debitū, significatio vnionis Christi cū Ecclesia, & actū carne, sanitas corporis: vitatio fornicationis: voluptas, aut alius finis extraneus. In præsentiarum differemus de tribus finibus prioribus, & de alijs extraneis. In sequentibus verō disputationibus, de alijs finibus. Prima conclusio. Actus coniugalis licitus est, relatus in bonum prolis, aut in fidei bonū: nempe, dū exercetur

gratia prolis habendæ, aut seruandæ fidei alteri coniugi, reddendi ei debitum. Conclusio tanquam certissima statuitur à Magistro. 4. d. 31. & D. Thoma ibi. q. 2. ar. 2. & vniuersi Theologis: & ab omnibus vtriusq; iuris professoribus cum Glossa. quicquid, 3. q. 2. verb. ab adulterio. Et cōstat de bono prolis. Quia cum Deus ad multiplicationem generis humani matrimonium instituerit, illo vtens ad hunc finem peccare nequit: aliis Deus aliquid illicitū instituit. De bono etiam fidei constat. Quia tēnetur coniuges ex iustitia ad debitum sibi mutuo reddendum. Qui ergo vt huic satisfaciat obligationi; ad coniugē accedit, tantū abest vt peccet, vt potius opus virtutis, & obligatorium faciat.

Obseruare tamen oportet, minimē sufficere, quod actus coniugalis culpæ venialis immunis sit ex finis circumstantia, ipsum re ferre ad bonū prolis. Nā si in prole sistatur, desiderioq; habendi successorem ea intendatur, culpa venialis erit: sed proles intendi debet ad cultū Dei amplificandū. Ratio est, quia aliis staretur in creatura, nec bonum esset sacramenti. Natura enim bonū prolis intendit, vt in ipsa species cōseruetur: bonum autē sacramētū exposcit, vt referatur in Deum. Nec inde inferre licet motū naturæ malum esse, sed esse imperfectum, nisi ad aliquod sacramenti bonum referatur. Sic D. Thom. 4. d. 31. q. 2. ar. 2. ad 1. Gerlon. p. 1. in compedio Theologie, tractatu de Sacramento coniugij, alphabeto. 27. litera O. Tabiena matrimonium. 3. q. 2. §. 3.

Nec tamen reminisci opus est in actū ipso coniugali, alicuius ex finibus licitis, sed satis est, si habitu referatur ad illos. Sicut iuxta communem Theologorū sententiā id satis est ad meritū. Atq; ita D. Tho. & Tabien. n. præced. allegati dicunt exigi, vt proles actū, vel habitu referatur in Deū. Ita docent Verac. 3. p. Specular. ar. 16. c. 6. Matienço lib. 5. Recop. tit. 1. Rubr. glo. n. n. 105. Ledesma. 2. p. 4. q. 51. ar. 5. ad finem. Quare satis est, si à principio coniuges matrimonium inierint propter hos fines, nec intentionem in ipso actū contrariam habeant, vt actus coniugalis in ipsos relatus censeatur. Vt benē docent Ledesma, & Verac. ibidem: qua de causa dicit Ledesma excusari coniuges à multis venialibus. Quod optimē etiā explicuit Sylu. verb. debitū. q. 12. vers. 2. vbi dicens, vt actus coniugalis meritorius sit, referendū esse pro-

tem ad Dei obsequium: subdit id esse verum, licet de obsequio diuino nil cogitur, sed solum de successore. Quia ex quo coniux est in gratia, nec malum finē intendit, virtute refert in Deum.

Hinc deducitur, coniugem vtrem matrimonio, nec expressē intendentem, nec excludentem prolem, sed illius immemorem, intendentem que solum copulari coniugi tanquam coniugi, minimē peccare. Quia licet non intendat prolem formaliter: at virtute intendit: cū actus ille suapte natura ad prolis generationē tēdat, nec ex operantis intentione ad aliū finē referatur. Sic Palacios. 4. d. 31. disp. 2. fol. 690. col. 2. vers. & rursus fac hominem.

Secunda conclusio. Quāvis cōiux debitū exigēs malo fine, aut minus legitimo, sit culpæ reus: at omni prorsus culpa vacat illi reddens. Quia praua illa circumstantia ex parte solius petentis se tenens non inficit actum reddētis debitum ex iustitia. (Vt probauit hoc lib. disp. 6. n. 7.) Quod docet D. August. de bono coniugali. c. 7. est in tomo. 6. his verbis, Reddere debitum coniugale nullus est criminis, exigere autem vltra generantis necessitatem, culpæ venialis. Imò tunc reddere est obligatorium. (Vt probauit eo. n. 7.) Et ita docent Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 1. n. 4. Adrian. 4. q. 14. de matrimonio, ad finem. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 7. Stephanus Gaeta repet. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 174. Quare audiendus non est Guillelmus Rubion. 4. d. 32. q. 2. ar. 2. conclus. dicens petenti ob malum finem culpam esse reddere. Si tamen reddens ad finē indebitum actum illum referret, tunc peccaret vtique ratione finis, siue petens bono, siue malo fine petisset. Quia deficit illi actui circumstantia debiti finis. Veluti si in die feriatō sacris interesset ob finem indebitum.

Tertia conclusio. Quāuis debito fine conceptum sit peti, aut reddi, & ita licitū, si finis varietur in ipso actus progressu, referaturq; ad finem minus legitimum, culpa erit. Quia ita ex tunc desideratur circumstantia debiti finis. Sic Palud. 4. d. 31. q. 3. q. 2. ar. 3. n. 22. D. Anton. 3. p. rit. c. 20. §. 11. Sylu. verb. debitū. q. 11. vers. 4. Margarita. Cōf. 6. præcepto. fol. 87. col. 2. Hoc tamē moderatur, si cōtingat extra tēpus decisionis feminis: quia tūc ita voluptate illa mēs & ratio absorbetur, vt cōsiliū omne deficiat. Quod verisimū est, vbi ita cōtingeret, ac pinde debita deliberatio deficeret.



7 **Quarta conclusio.** Si actus coniugalis referatur in finem mortalem, est culpa lethalis. Quia actus in prauū finē relatus talis est, qualis finis. c. cum minister. 23. q. 5. & de matrimonio ad finem mortalem relato dixi lib. 2. disp. 29. n. 28. & licet in relatione matrimonij ad eū finem, vltra desiderij mali finis, duplicem aliam culpam inuenierim: priorem, relationis rei sacræ ad finem mortalem: posteriorem, indignæ sacramenti susceptionis. At dum refertur actus coniugalis in culpam lethalem, vnicæ est mortalis culpa desiderij illius prauū obtinendi finis: ac proinde illa sola confitenda. Sicut si alius actus licitus in prauū dirigatur finem. Quod inde constat. Quia nulla rei sacræ susceptio interuenit in actu ipso coniugali, nec ipse res sacræ est, sed actus merè naturalis, vt ex praua illa relatione, sacrilegij crimen admittatur. Priorem quidem partem, scilicet esse mortale, dirigere in finem mortale, affirmant Sylu. verb. debitum. q. 2. Petrus de Soto lect. 16. de matrim. §. quia igitur. Posteriorem verò, nempe, esse vnicam culpam, & non sicut in relatione matrimonij in finē peruersum, contingere: colligo ex Palud. quæ refert, & sequitur D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 19. §. 10. (tacet verò locū, nec inuenire potui) & ex Sylu. verb. matrimonij. 4. q. 4. vbi dicunt, non ita damnabile esse abusum actus coniugalis ob finem peruersum, ac ipsius matrimonij: eò quod ille res profana sit, hoc verò sacræ: ac proinde esse lethale, inire matrimonium ob solam delectationem, non esse tale, ob eam accedere ad coniugem.

8 **Quinta conclusio.** Nunquam actus coniugalis ex circumstantia redditur vitiosus capitaliter, nisi quando ipse finis est mortalis. Quia vbi alius est finis, non est tanta deordinatio, vt censenda sit lethalis culpa. Sic colligo ex Sylu. verb. debitum. q. 2. vbi discutit, quando coniugij vsus sit mortalis ratione finis: solius circumstantiæ finis mortalis meminit. Et tenet Petrus de Soto lectione. 16. de matrimonio. §. quia igitur.

9 **Hinc inferitur,** vbi finis est venialis, solum esse culpam venialem. Quod ita esse in matrimonio relato in finem venialem, probaui lib. 2. disp. 29. n. 27. nedū in actu coniugali. Est tamen duplex culpa venialis, altera defectus debiti finis: talis enim esset, vbi finis esset in se bonus, ac extraneus illi actui. (vt. n. 14. probauimus) Al-

tera verò desiderij obtinēdi illius finis venialis. Sed obijcies, hoc aduersari dicitur. n. 7. vbi diximus esse vnicum lethale crimen, actum hūc in finem mortale referre. Solutio est facilis. Priuatio illa debiti finis venialis culpæ limites non transcendit, quare tota ratio culpæ mortalis est relatio in finē mortale. Atq; proinde duplex est culpa, altera venialis, & altera mortalis: & vbi finis est venialis, duplex venialis.

10 **Rogabis forsitan.** Quale crimē sit in actu ipso coniugali, expressa intētiōe excludere finē prolis? V. g. quādo cōiuges in actu ipso prolem minimè cōcipi optant. Videntur enim esse lethale. Quia tale est in matrimonij contractu expressa intētiōe fines illius excludere (Vt probauimus li. 2. disp. 29. n. 29.) Atq; ita docet Præpositus rub. de sponsalib. n. 12. ad finem. Ceterū id non credo, vbi coniuges nil efficerent, quod prolis conceptioni obstaret: sed credo esse solū veniale. Quia desiderare non multiplicare prolem, non est ex se malum, quare bono fine vestitur, vt ratione defectus diuitiarum ad eos liberos alendos, licitum est: vt docent Palud. 4. d. 31. q. 3. ar. 2. n. 15. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 6. Rosel. verbo, debitum. n. 11. vbi Ang. n. 27. Nau. summ. c. 16. n. 33. Philarcus de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. vers. quāto peccat: atq; ita ratione debiti finis nō erit culpa mortalis. Nec etiā est talis, eò quod intētiōe excludatur finis, ad quē ordinatur actus ille coniugalis à natura. Quia finis præcepti non cadit sub præcepto. Nec id esse crimen lethale in matrimonio arguit tale esse in ipso actu. Vt dixi. n. 7.

11 **Sexta conclusio.** Quando fines extranei, in se tamen liciti, non sunt fines principales, ad quos primò actus coniugalis referatur, sed secundarij, & motiui applicationis ad cōcubitum, nulla est culpa. Quia etiā nulla est ad huiusmodi fines ita dirigere matrimonium. (Vt probaui magis hoc explicans lib. 2. disp. 29. n. 24.) Multò ergo fortius id verū erit in actu coniugali.

12 **Quamobrem non approbo** quod docet Palacios. 4. d. 31. disp. 2. fol. 695. vers. pote rit autē, vbi tradit vacare culpa accessum ad vxorem propter bonū vile: vt quia vir precio dato ab vxore conductus est. Ducitur, quia querere sibi vile, nemine laeso, culpa caret. Sed fundamentum corrui, quia queri debet medijs ad id institutis, quale non est matrimonij. Quare melius Sorus 4. d. 31. q. vnica, ar. 4. vers. sunt qui contra,

concluit

13 **concluit culpam esse venialem,** si vir vxori cōpuleretur, eo ductus sine, vt hæres ab ipsa instituitur. Quod intellige, iuxta dicta. n. præcedētī: quādo ea vtilitas esset finis principalis, secus vbi secundarius, & applicans ad actum, seruatō fine principali debito.

14 **Tandem est difficultas,** An solū sacramenti bonum sufficiat ad excusandum à culpa actū coniugale? vt si quis vellet matrimonij cōsummare ad expressius significandam vionē Verbi cum carne. Idq; sufficere, ex eo suaderetur. Quia non minùs, imò magis videtur honestare matrimonij, finis illius vt sacramentū est, qui est ea significatio, quā finis illi cōueniens, vt est cōtractus naturalis, qui est prolis educatio. Quare hanc partē tūctor multi teste Supplement. Gabr. 4. d. 31. q. vnica, ar. 2. conel. 3.

15 **Verūm dicendum est nō sufficere,** sed esse veniale, actus coniugalem in eū finem solū referre. Probatur. Quia bonum sacramenti nō respicit primò, & directè matrimonij vsum, sed vinculum, & essentiā, in quo differt à bono fidei, & prolis, quæ primò & per se ad vsum ordinatur: ergo cōtractū rectū ordinē est, matrimonio vt ob bonū sacramenti: & quia est leuis debiti ordinis peruersio, nō excedit culpā veniale. Et cōfirmatur, quia sicut solū bonū sacramenti, sufficiens est ad excusandū à culpa lethali fornicationis: quia solū illud respi-

16 **cit vinculū matrimonij:** ita solū bonū fidei, & prolis debet sufficere ad excusandū à veniali: quia hæc sola bona actū respiciunt. Secundò, quia eū in omni sacramento duplex reperitur finis, alter intrinsecus, & alter extrinsecus, rectus ordo postulat, vt sacramenti vsus referatur ex intētiōne sumētis, & ministrantis, ad finē intrinsecū, nam ad extrinsecū sufficit instituentis ordinatio: finis autē intrinsecus matrimonij, est bonū prolis, & fidei, extrinsecus autē, significatio sacramentalis: culpa ergo est vsum referre ad solū finem extrinsecum. Sicut peccaret baptizans ad solam Christi sepulturā representandam. Tandem, quia licet sacramenta sint sacra signa, at sunt signa practica, & potissima eorum institutio est ad efficiendum: vnde eis ad solam significationē vtens nō seruat debitū vsum. Quare hanc sententiā tuentur D. Tho. 4. d. 31. q. 2. art. 2. corp. & ibi Ricard. art. 3. q. 2. corp. Palud. q. 2. ar. 1. n. 5. Supplementum Gabrielis. q. vnica, art. 2. conel. 3. Henrquez lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 2. & in commento, litera P. Petrus de Ledefm. de matrim. q. 49. ar. 5. dub. 1.

17 **Tandem fatendum est cū** Petro de Ledefma proximè citato, vacare culpa vsus matrimonij ad eam significationem relatum, nō exclusi alijs finibus boni prolis, aut fidei. Probaturq; ex dictis. n. 4.

DISPUTATIO NONA.

Vtrum actus coniugalis in solum fornicationis vitæ: finem relatus, culpa vacet.

SVM MARIVM.

18 **Licitum est debitum petere causa vitanda** incontinentia in altero coniuge. n. 1. An liceat petere ad vitandum incontinentiam in se ipso? Refertur duplex sententiā. num. 2. hoc explicans lib. 2. disp. 29. n. 24. Multò ergo fortius id verū erit in actu coniugali.

19 **In hac disputatiōe neminem inueni** dubitantē, quin liceat debitum petere ad vitandum in altero coniuge incontinentiam periculum. Quod docuit D. Aug. Epistol. 119. ad Ediciā, & habetur c. secundum verba. 33. q. 5. quæ vniuersi sequuntur. Et ratio est aperta, quia hic cōue-

20 **bitus potius est debiti redditio,** quā petitio (vt probaui hoc lib. disp. 2. nu. 6. & 7.) ac proinde inuenitur in eo fidei bonum.

21 **Tota verò difficultas in eo versatur,** an liceat similiter cōiugi debitum petere, cō fine, vt vitiet in se ipso incontinentiæ periculum? Triplicem inuenio sententiā. Prima sustinet culpam esse veniale. Ducitur primò, Quia D. Paulus. 1. ad Corinth. 7. vbi præmiserat, vt vnusquisq; vxorem habeat ad vitandam incontinentiam, subdit, *Hoc autem dico secundum indulgentiam, nō secundum imperiū.* Indulgentia autē nō conceditur, vbi culpa non est. Quæ locum ita explicat. D. Aug. de bono cōiug. c. 20. tom. 6. libdēns absurdissimè dicit nō esse peccare, quib; venia cōceditur, & lib. 5. cōtra